

ARITHMETICA MEMORATIVA, SIVE COM- PENDIARIA ARITHMETI.

*cæ tractatio, non solùm tyronibus,
g3/345 sed etiam veteranis & bene exerci-
tatis in ea arte viris, memorie
iuandæ gratiæ admo-
dum necessaria.*

AUTHORE GVLIELMO BV.
clæo Cantabrigiensi,



LIBELLVS AD LECTOREM

Quisquis Arithmeticam memori vis mente tenet,
Me lege, sum parvus, commoda magna fero.
In numeras numeret Buclæus munere grates,
Ex numeris numeros qui meminisse dedit.

LECTORI BENEVOLO.

Abstrusam esse, & difficilem Arithmeticæ, ut ceterarum artium preceptionem, perceptæ, nisi usus & diligentia adhibeantur, difficillimam retentionem, vetus quærela est. Quam cum veram esse, Guil. Buclæus (homo Mathesios cognitione instructissimus) expertus fuisset: primū, ut pristinam industria sua aboleret, quæ jam inoleuerat, quærelam, deinde, ut familiariorem sibi ficeret Arithmeticæ usum, quem ignorare nullo modo voluit: postremò, ut rem literariam promoueret, cuius amplificandæ dignitati plurimum semper inferuiebat, Arithmeticam totam versibus mandauit. In quibus licet expolitionem & ornatum, quem materia ipsa repudiavit, non sit affectate sequutus, id tamen est valde sanè verisimiliter consequutus, ut magna legentium voluntate, fructu verò maximo, typis propagari possit. Nam quæ aliorum libri, prolixitate sua studiosos sparsculè deterrentes, polliceri solent, ea & breuiter & satis dilucide complexus est, ac memoriæ tam praæclare consulit: ut circumscripta hac, & numerosa oratione, eam non solum adiuuasse, sed confirmasse etiam usus sit. Tu, lector, istis si uere, & humanitate tua effice, ut, Buclæo aliquot abhinc annis defuncto, fœtus iste ingenij sui immortalis esse possit. Erat autem Buclæus (nec nescias) patriâ Lichfeldensis, studio Cantabrigiensis, in Collegio Regio: vnde decurvis scientiarum, & honorum Academicorum curriculis, amicorum non inquis sanè pollicitationibus in aulam euocatus est. Hic verò cum aliquantis per constitisset, tam carus Eduardo sexto, fœlicis memoriae regi, proceribusque miraculum illum naturæ propter admirabilem Mathematicarum disciplinarum peritiam appellantibus, esse cœpit, ut fastis approporantibus, magnum sui desiderium mortuus reliquerit.

ARITHMETICÆ MEMORIA.
tiuæ Guil. Buclæi Cantabrigiensis,
Prima pars.

SCIENTIA NUMERANDI.

Tradit Arithmeticae numerorum cognitionem,
Cuius sunt partes septem, recte numerare,
Addere, subtrahere, & bene multiplicare, secare,
Progredi, & apposita radices extrahere arte.

Canoues.

In numeris sedet prior est quæ proxima dextra,
Posterior verò manus quæ proxima leuæ est.
Est numerus primus qui sede priore notatur,
Circulus extrema nunquam regione locatur.

De numeratione.

Quantum quisque valet numerus numeratio monstrat,
Describitq; suis numerum quemcumque figuris:
Quod rectè ut facias, numerorum signa lociq;
Sunt discenda tib;. Numerorum signa decem sunt,
Quorum significant aliquid per se omnia, præter
Postremum, nihil quæ diciture esse figura:
Circulus hæc alias, alias quoque yphra vocatur,
Quæ supplere locum nata est, non significare,
Hi characteres prima si sede locantur,
Significant se simpliciter, positq; secundi,
Significant decies se: quod si te tuus illis
Obtigerit locus, ad centum se porrigit usq; e.
Summa, locus quartus solus tibi milia sunt t,
Et quartum quintus dicies complectur, hunc q;
Tantundem sextus superas: quid multa? sequens cùm
Quisq; locus soleat decies augere priorem.

Ratio numeros tum scribendi, tum
exprimendi.

Scripturus numerum à dextris fac: incipias, hinc
In laevam tendens, donec concipseris omnes.

ARITH. MEMORAT.

Post, signa minimis loca quaternaria punctis.
Puncta que quot fuerint, totidem tibi millia monstrant.
Altera vero numerorum expressio fiat.

Numerorum diuisio.

Triplex est numerus. *Digitus*, vel *Articulus*, vel
Compositus: *Digitusque de cem semper minor est*, ut
Quinque, duo, quatuor, tria, sex, septem, octo, nouemque.
Articulusque decem partes qui suscipit aequas,
Vt, quinquaginta sexcenta, triginta, decemque.
Et numerus: si unque cyphra praefixa figura est.
Compositus numerus qui ex his constatur utris est,
Quales sunt omnes, quorum non ultima cyphra est.

Canones.

*Additio, Subtractio, Multiplicatio, dextrâ
Fiunt: Diuisio, & Radicum extractio laud.*

De Additione.

*Additio plures numeros coniungit in unum.
Addendos primū numeros hoc ordine scribe,
Primum sub primo numerum ponendo, secundum
Subque secundo, tertium item sub tertio, & isto
Pone modo reliquas fuerint quotunque, figurās,
Sub quibus inferius ducatur linea recta:
Quo factō, numeras, qui sunt primi ordinis, omnes
Collige. Si *Digitus* prouenerit, inferius mox
Scribatur recte. Articulus si proueniat, tunc
Circulus inferius ponatur: cumque sequenti
Articulus serie iungatur. Compositus si
Exierit, *digitum subscriptis*: articulūmque,
Vt prius, ad seriem numerorum iunge sequentem.
Hocque modo primis serie que, loco que peractis,
Quae sequitur series, tibi protinus aggredienda,
Vt priore loco fecisti; prorsus agendum est,
Donec si plures, series collegeris omnes.
Subscriptus numerus quæsitam dat tibi summam.*

Examen.

Tolle nouem addendis numeris quoties potes, atque

Quod

GVLIEL. BVC LAE I.

Quod superest aduertere, novem quoque tollito summa.
Si videas reliquum reliquo par esse priori:
Inditio est, er ore tuum caruisse laborem.

De Subtractione.

Æquali ex numero æqualem Subtractio demis,
Aut ex maiori tollit, in nūtq; minorem.
Scribesuprà numerum, de quo subtracto fiet:
Inferius subducendum subscripto recte,
Primum sub primo, veluti fit in Additione,
Et positis numeris mox linea recta trahatur.
Tunc numerum primum primi ordinis inferioris.
A supraposito numero subduco, quicquid
Restiterit subscribe do, simil ratione
Ordinibus reliquis series, summamque relatum
Subscriptus numerus, si recte opere sis, habebit.
Si subducendi numeri fuerit numerus quis
Maior eo, qui suprà ponitur: articulus tunc
A serie, que consequitur, datur, & ille
Iungendus numero est, quo tandem sit satis, vide
Inferior numerus tolli queat: atque sequenti
Semper restituas unum numero inferiori.

Examen.

Tollendum numerum cum summa iunge relata,
Si prior exierit numerus, Subtractio iusta est.
Sin minus, errorem te commissum putabis.

De Multiplicatione.

Est numerum in numerum dividere, multiplicare,
Ex cuius ductu numerus producitur, inse
Contineat toties numerum qui multiplicat m,
Multiplicans quoties in se complectitur unum,
Scribitur primò numerus, qui multiplicari
Debeat, & recte sub eodem multiplicantem
Ponito, ducatur solito mox linea more.
Et numerum primum series multiplicantis,
Multiplica in cunctos series multiplicandæ,
Inferius scribens qui quid producitur, atque

ARITH. MEMORAT.

Si plures fuerint numeri tibi multiplicantes,
Omnes in numerum deducito multiplicandum,
Semper subscribens quicquid producitur, idq;
Rat: si b numero scribatur multiplicante.
Et quia quot fuerint numeri tibi multiplicantes.
Productos totidem numeros quoque adesse esse est:
Idcirco hos omnes co.iunge per Additionem.
Subscriptus numerus, productus iure vocetur,
Nam, quam quærebas, solet hic produce csummam.

Examen.

Divide productum numerum per multiplicantem.
Si nihil e.rati, prod b. t multiplicandus.

De diuisione.

Ostendit numeri qua suis diuisio partes:
Ponatur numerus supra pma parte secundus,
Lincolas, d:as illi supponitor rectas,
Diuisor sub eis ponatur parte sinistra.
Deinde vide quoties diuisor contineatur
In p: aposito numero, quotiensq: locetur
In spatio, mox ex diuisor cm per eundem
Multiplica, tot mq: q:od h:ac prouenerit, aufer
Supremo ex numero, supra pone do relatum,
Transfiguris numerum de quo subtrahitio facta est.
Si plures numeros contingat adesse secundos,
Diuisor dextram versus lib: p: omoueat.
Viam per seriem. Rursis quoque quæ erit oportet
Diuisor quoties in eo, qui dividitur, sit:
Et Quotientem intra spatum depone evt antè.
Sic relata absoluas prorsus quæ unque supersunt.
Nec labor bius qui squam d stat, variatue priori:
S:z, qui dividitur, sic it minor in feriori,
Supremo in tacto, diuisor progredatur,
Et medio in spatio ponatur cyphra, modoq;
Hoc facies, donec summam diuisiois omnem.

Modus scribendi residuum.

Si quid restiterit postquam diuiso facta est,

GVLIEL. BVC LAE I.

Id suprascripti diuisorem solet omne.

*Inter eis hos numeros est linea parua trahenda,
Quae fractum numerum, non integrum notet esse.*

Res totius breuis comprehensio.

Diuide, multiplica, subduc, transferque secantem.

Examen.

Per diuisorem, Quotientem multiplicabis.

Productor reliquum, si quod fuit, adde: priori.

Exibit, numerus, nisi te deceperit error.

De progressione arithmeticā.

Si plures numeri se æqualiter exuperarint,

Hos facile insertam rediget progressio summandi.

Postremo primum numerum superaddito, totum,

In numerum, series monstrantem, multiplicabis,

Productum medies, exhibet summa petita.

De progressionē Geometricā.

Cum per inæquales excessus progrediantur

Propositi numeri, proportio sit tamen una,

Illa Geometriæ progressio dicitur esse.

Postremum numerum ducas in multiplicantem,

Qui docet unde suum ducat proportio nomen,

Producto demas primum, partire relatum,

Per numerum, numero qui tantum sit minor uno,

Quoniam fuerant quocum reliqui sunt multiplicati.

Quæsumus, volet Quotiens ostendere summam.

Examen veriusque progressionis.

Propositas series à tota subtrahē summa.

Si nihil crasti, nihil hanc restare videbis.

De extractione radicis quadratæ.

Quadrare est numerum semel in se multiplicare,

Quærere radicem, numerum est exquirere, qui in se

Ductus, propositam poterit producere summam.

Cuius radicem numeri vis quærere, scribe.

Descripti alternas punctis, signato figurā,

Lineolasq; duas illi sapponito rectas,

Et quia presenti similis diuisio parti est,

ARITH. MEMORAT.

Apuncto versus leuam incipes operari,
Quæ endo sub eodigitum, qui multiplicatus
In se, vel totum, vel magnam tollere partem
Signati puncto numeri possit, Digitusque
Sub puncto in medio spatio scribatur, & inde
In se ducatur, productum tolle supremo
Ex numero, reliquum scribens, ut quando secares
Duplicetur **Quotiens**, prodæti prima figura,
Si binæ fuerint, versus dextram statuatur
Sub numero punctum cui non supreminet ullum,
Et reliqui numeri ponantur parte finistra.
Sic nouus emergit Diuisor, qui quoties sit,
In supraposito numero, quæras: **Quotientem**
Invenimus in spatio sub puncto pone sequenti.
Hunc primum in se, mox diuisorem per eundem
Multiplica, producta duo summam simul unam
Efficiant, numero quæ subduenda, supremo est,
Et reliquum solito debes ascribere more.
Duplicetur rursus quicquid tibi linea duplex
Suggerit, & duplum diuisor erit nouus buncque
Diuide per numerum supra partem relatum
Cæterique expediás quadrando, multiplicando.
Hinc subducendo, supra ponendo relatum.
Quod facies donec numeros percurreris omnes.
Si semel in reliquo duplum non possit haberi,
Pone cyphram in spatio, diuisoremque nouato.

Examen.

Quadrat radicem: quadrato iunge relatum,
Si modò quid fuerit numerus si prodeat idem
Cum primo, rectè est, si non, opus est iterandum.

Modus colligendi minutias ex residuo.
Duplo radicis numerus superadditur unus,
Productum numerum mox supra scribe relatum,
Lineola ad eccl. a numeros quæ separat ambos.

Primæ partis Arithmeticæ memo-
ratiuæ finis.

ARI TH.

ARITHMETICÆ MEMORIA-
tusæ Guil. Buclæi Cantabrigiensis Regij,
Pars secunda.

De Fractionibus:

Hactenus integros numeros absoluimus, horum
Tradere nunc partes, ordoque, loci que requirit.

Modus scribendi, atque exprimendi fract.

1 Quælibet est numeris pars describenda duobus,
Denominatorem, numeratoremque notamus.

Hic semper supra, reliquias describitur infra,
Quæc interponi consueuit t. nea parva.

Fiat & ut recto, mos est, expressio casu,
Integri partes ostendit denominator.

Ex his, sumndæ quot sint, monstrat numerator.

Hic cum sunt similes, integrum significatur.

Si summus minor est, minor integro quoque pars est.

Si summus maior, plus integro adesse necesse est.

De minutiarum minutis.

2 Si pars particulæ habet, prius has ad eandem
Duc speciem, quicquam quam progrediatis, & hoc sit
Denominatores in se multiplicando,
Et numeratores itidem, productaque eorum
Illud habent numeri quod continuere priores.

Modos reducendi integræ in fractiones.

3 Integræ multiplices rumerum per denominantem,
Productum numerum debes subscribere eundem,
Si quæ sint partes, producto has adde, prius uam
Coneris numerum subscribere denominantem.

Modus colligendi integræ ex fractis.

4 Diuide supremum numerum per denominantem,
Integrum monstrabit Quotientis, s. bscriberelicto
Denominatorem, si quid superabit, eundem.

Reductio ad minimos terminos.

5 Si fieri poterit, numerum mediabis utrumque,

ARITH. MEMORAT.

Aut minimum inuenias numerum, qui diuidat ambo.
Quem sic exquires: maiori tolle minorem,
Donec sint similes, qui sit divisor utrisque,
Et producta duo minimos numeros tibi monstrane.
In subducendo si perueniatur ad unum,
Exquiri primis ne credas posse minores,
Contrasse primos quos appellare solemus.

Valorem fractionis elicere:

6 Summum per partes integri ducito notas,
Productum numerum partire per inferiorum,
Et Quotiens, quantum valeant fragmenta, docebit.

Reductio ad eandem Denominationem.

7 Multiplices in se numeros primū in sc̄riores,
Et tibi prodibit communis Denominator.
Hinc numeratorem primum per posteriorie
Denominatorem ducas, & denominantem
In numeratorem diducito posteriorem,
Et numeratores sient, quos ponere oportet,
Supra Denominatorem, qui scruit utriusque.

Canon obseruandus in Additione,
& Subtractione.

8 Diversi generis cūm sint fragmenta, priusquā
Addas, aut minuas, transformes in genus un. m.

Can. Multipli. & Divisionis,

9 Integra si fractis fuerint admista, reducas
Hæc in particulas, tum demum multiplicare,
Partiriq. potes, veluti si fracta fuissent.

10 Integra per partes si debeni multiplicari,
Aut sc̄indi, integris vnum supponito, tanquam
Pars sit, per canones reliquumq. absolute sequentes.

Additio in fractis.

Efficiant summam Numeratores simul vnam:
Et subscribetur communis Denominator.
Si plures fuerint series, absoluto primas,
Producere, serice iungatur tertia, summa.

Sub.

GVLIEL. BVCЛАI.

Subtractio.

Hic Numeratori, maiori tolle minorem,
Et reliquo debet subscribi Denominator.
Si sit ab integris pars subducenda, resoluas
Unum integrorum in partes quas Denominator
Continet: Et positas mox hinc subducito partes.

Multiplicatio.

In summum summus ducatur, Et imus in imum.

Divisio.

Fat transponatur primum Divisor uterque,
Ceteraque expeditas veluti cum multiplicares.

Propositis aliquot fractionibus, quæ earum
maior fit cognoscere.

Posteaquam partes nomen redigantur in unum,
Cuius erit summi proportio maior ad imum,
Illius Et merito dicenda est fractio maior.

Radicis quadratae extractio in fractis.

Sicut in integris, radices erue fractis,
Si modo quadrati numeri sint fracta, alioquin
Frustrè radices veras, querendo labores.

Radices veris proximas in fractis elicere.

Multiplica Numeratorem per denominantem,
Producti radix Numerator erit nouus, illi
Denominatorem recta subscribe priorem.

Idem exactius tam in fractis, quam in
integris praestare.

Quadrando numero, senas prefigito cyphras,
Productum quadra, radix per mille secetur:
Integradit Quotiens, Et pars ita recta manebit,
Radix ut veræ, ne pars millesima desit.

Modus formandi numeros ad aucte- am regulam.

Est primo res empta loco, pretiumq; secundo,
Postremo numerus de quo fit questio habetur,
Qui solet eiusdem cum primo nominis esse.

ARITH. M E M O R A T.

Fraxis regulæ.

Tertius in medium numerus tibi multiplicetur,
Productum numerum, per primum diuide, quicquid
Exeat, ignoram credas ostendere summam.

Examen.

Ex primi in quartum ductu, producitur idem,
Quem medijs facient numeri, in se multiplicati.

Regula trium euersa.

Ut supri, sic hic numeros disponito. Deinde
Duc primum in medium, Diuisor tertius esto.

Examen.

Tertius in quartum ductus producit eundem,
Quem simul efficiunt ducti p.ior, atque secundus.

Regula combinationis.

Quot fuerint numeri, quos combinare velimus,
Tot sunt & series, quibus est proportio dupla,
Quarum principio ducatur semper ab uno.

Omnes has series coniunge per Additionem
Producto, numeros quot combinatio constat,
Aufer, quod superest, numerum citat: unde patebit
Quot si iant numeros distinctos, vndiq; si quis
Propositos numeros velit in se multiplicare.
Si nihil summa praedicta surripiatur,
Restabunt partes aliquotæ, que numerabunt
Illum, qui numeros est inter maximus omnes,
Ex ductu in se numerorum prouenientem.

Regula societatis.

Omnium sortes simul in priori
Sint loco, lucrum sequitur secundo,
Singulas sortes habet explicatas

Tertius ordo.

Hoc modo cum sint numeri locati,
Aurci leges Canonis/ equaris,
Qui tibi summas facili petitas

Proferet arte,

Pone al
Veneris
Ad lati
Ponito
Errore
Duc po
Atque
Signaq
Produ
Maior
Produ
Protin
Signu
Erro
Quæ p
Quæsi
Ordin
illis p
Omne
Exces
Maio
Omni
Que
Quil
Comm
In m
Dispu
Anic

GVLIEL. B V C L A E I.

Regula falsi.

Pone aliquem numerum, quo cum procede, quousque
Veneris ad notum numerum. Si ir. epserit error,
Ad latus hunc scribas, cum signo plusue, minusue.
Ponito mox alium, simili quoque pergitio forma,
Errorem, si quis fuerit, signumque notando
Duc positum primum errorem, per posteriorem,
Atque secundum etidem primus multiplicet error.
Signaque si fuerint eadem, tollatur oportet
Productum minus à maiori, errore minori
Maiores tollas etiam, scindisque relictum
Productorum, per numerum ex errore relatum.
Protinus inuenies numerum in quotiente petitum.
Signum, si signo variet, producta duo addas,
Error esque ambos in eandem collige formam.
Quæ productorum summam dispescere debet,
Quæsus numerus mox in quotiente patebit.

Regula Alligationis.

Ordine composito numeros dispone ligandos,
Illiſ praescribens ad quam collatio fiet,
Omnes tum minimum ſemel huic conferto, minorena
Excessum adscribens maioribus, & vice versa
Maiorum excessus adscribe minoribus, inde
Omnes excessus in certam collige summam,
Quæ tibi ſit primus numerus, positusque ſeorsim
Quilibet excessus numerus tibi tertius eſto.
Commisendirum rerum numerus statuatur,
In medio, aut alijs quem res quæſita ministret,
Dispositis numeris hoc ordine, quod superabis:
Aurea ad optatum perducit Regula finem.

FINIS.

E P I T A P H I V M
Guli. Buclæi.

A Bdita Buclæus cupiens mysteria cœli
Pandere, quæ potuit pandere nemo fatis;
Exoptat sursum ferri, cœloqüe locari,
Et sanctum immensi limen adire Dei.
Audijt Omnipotens, nec durus vota repellit,
Buclæum terra tollit, in astra vehit.
Ille loci miro captus (plendore, Dei que,
In terram renuit iam reuocare pedem.
Nec veram cœli faciem, nec gaudia curat
Pingere, nec solita conficit arte globos.
Scilicet ambrosiam pascit, fruiturque beatae
Pace, nec, hic mundus quæ putat ampla, probat.
Est fœlix, Buclæc, tuæ mutatio fortis,
Conueniens animi dotibus illatui.

G. B. T. H. P.